Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pleamini spiritu: loquentes uobis metipsis in psal
mis et ymnis et canticis spiritalibus: cantã
tes et psallentes in cordibus uris domino: gra
tias agentes semper pro omnibus in nomine dñi nri
iesu xpi deo et patri: subiecti inuicem in timore
xpi Gr. Omnes qui timent dñm et tu das illis escam in
tempore opportuno ℟. Aperis tu manum tuam et impleis omne
animal benedictione Alla ℣ Qui confidunt in dño sicut
mons sion non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem.
Hic. Loquebatur iesus Secundum matheum
cum discipulis suis in parabolis dicens Simile
factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nup
cias filio suo Et misit seruos suos uocare invi
tatos ad nupcias: et nolebant uenire Iterum
misit alios seruos dicens Dicite invitatis Ecce
prandium meum paraui: tauri mei et altilia occi
sa et omnia parata: uenite ad nupcias Illi au
tem neglexerunt: et abierunt alius in villã
suam: alius uero ad negociacionem suam: relig
uero tenuerunt seruos eius: et contumelia af
fectos occiderunt Rex autem cum audisset iratus
est: et missis exercitibus suis perdidit homici
das illos et ciuitatem illorum incendit Tunc
ait seruis suis Nuptie quidem parate sunt
sed qui invitati erant non fuerunt digni Ite
ergo ad exitus viarum: et quoscumque inueneri
tis uocate ad nupcias Et egressi serui eius
in vias: congregauerunt omnes quos inue
nerunt malos et bonos: et impleta sunt
nupcie discumbentium Intrauit autem rex ut
videret discumbentes: et vidit ibi hominem